Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35536
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

ramos vestigijs eius turba substrauit. pal-
marum igitur rami de mortis principe
triumphos expectant. surculi vero oliuae
spiritualem vnctionem aduenisse quo-
dammodo clamant. Intellexit enim
iam tunc illa beata hominum multitu-
do prefigurari. quia redemptor noster
rebus humanis condolens. pro tocius
mundi vita cū mortis principe eiusdem
esset pugnaturus. ac moriendo trium-
phaturus. et ideo talia obsequēs mini-
strauit. que in illo et triumphos victo-
rie et mīe pinguedinē declararent.
Quod nos quoq; plena fide et factum
significatum retinentes. te domine sā-
cte pater omnipotens eterne deus. p
eundem dnm nrm iesum xpm. suppli-
citer exoramus. vt in ipō atq; p ipsum.
cuius nos membra fieri voluisti. de
mortis imperio victoriam reportātes. ip-
sius gloriose resurrectionis participes
esse mereamur. Per eundem dominum
Gloria laus: Canticum puerorum:
honor tibi sit rex xpe redemptor